

II.

REGNUM MORTUORUM.

N.º. 51.

Elysiu-Meum. Die Veneris. 20. Julii. 1810. (Neov. 26. Jun. 1810.)

Septentrio & Oriens.

seu

Svecia, Dania et Turcia

Expectationes novorum Eventorum.

Così va il mondo.

Hodierna historia non unum locum, aut regionem, verum totum terraqueum orbem suo ambitu complectitur. — Olim mens undantaxat loco, ubi bellum gestum, immorabatur, hodie quævis terrarum spatia percurrat oportet, eventus adprehendendi curiosa. Undique nova facta, novæ rerum vices se offerunt.

Dania & Sveoia novam politicam faciem exhibent, non secus bicornis Ottomannidum imperium.

Veteres Daniæ Reges ex stirpe Skioldi erant, Anno 1448 in Christophoro Bavaro extincta. Sub hac regni Epocha Dani aliquamdiu Anglis imperavere; quam potentem eorum Daniam oportuit! cum ad oram Angliæ suis cum copiis adpelleret, & Anglis denominationem suam (Anglo Saxonum) patrio pro nomine inderet, dum ab iis litram Danicum exigeret (Danegeld) — at hodie —

proh vices temporum! hodie Angli vices reddidere navibus adpulsam Classem Danicam abduxere! —

Anno 1397 celebris. Unio in uno Imperante Daniæ Norvegiæ & Sveciæ Calmariensis facta; quadrante non ultra supra unum sæculo diversas inter vices duraverat, quæ si custodita, si Dania & Svecia uno sub Imperante perstitisset; Classis Danica nequam apprehendi valuisset. — Uterque Status 32 minimum majoris molis bellica navigia cen uit, his Fretum Sundicum muniri potuisset, Anglia ostia maris Baltici clausa reperisset, & hoc mare Neptunus Britannicæ grave tridente suo non attraxisset, hodie simile quid subesse videtur, quemadmodum Galliæ paginæ leniter indignant. Argumentum id genus indicia parit, sub iulo:

Parisii die 17. Junii. „Adventus Lordi Saumarez ad litus Gothenburgicum multatio rumori in Germania sensam dedit, cuius pars insolentem indicem quam anglicanæ originis nova habent; hac mensura omnia metienda, quæ de j & nia Saumarezii feruntur, quasi ab eo prænucciatum: se Svecicæ Classis potitorem — ac si ad artis regulas exacte munitum portum Carolocronam ea ratione obruere liceret, qua maritima res in manus in Anglorum manus incidit, quod tenere in urbe relicta, in qua 100,000 homines constructi, quam tenuè vallium ambit. — In genus expeditiones non renovantur. —

Svecia pro adgressione parata est, cumque Admiralis Saumarez nec e re duxerit arcem Ny-Elfburg, quæ aditum portus Gotheburgi moderatur, occupare, sane conicere licet: ante maturo iudicio expensurum, quod adversus Carolocronam molimen suscipiet, 100 adhuc horis ab ora Gothenburgica distantam, ubi Classis ex 3 hebdomadis incassum hæret. Adm. Saumarez vix 4000 terrestri militiæ Classis suæ contentos habet, verum fac decuplo plures accersiturum, quod sane summum est pro Angliæ humeris, certum esse potest, per 10,000 Darlecalios eos in mare agendos esse.

Genuinus præsentis Adm. Saumarez scopus ad conjunctionem referri videtur, felici nomine in iram versam, cuique duo e Sœnia Nobiles, Comes Ruth & Belegardie præville feruntur. — facile est mente concipere, Angliæ votum esse Sveciam tumultibus objiciendi, a minorennitate inseparabilibus. — Hoc consilium pro fortuna penitus eversum est, hincque mentis conceptus per Comitum cum indignatione rejectus est.

Moestus eventus Sveciam principe, dotibus alacritateque pleam, orbatum esse, indubie legi conformem extra ordinatum Statuum Conventum deposcit, at in externam Statum hujus Politicam nec minimam actionem exerit — quippe jam elucet studiis Svecorum eos duntaxat inter principes divisa esse posse, qui æqua in Causam continentis propensione feruntur; probabile est, Oidezburgicum ali-

quem principem, aut Daniæ regem, quem provinciæ Darlecalia & Jemtia jam nuper mortuo Principi Augustoburgico præstulere, proposituras. Angli ab ævo metuerunt Unionem virium totius Scandinaviæ, sub uno politico systemate; callent ii: Maris Orientalis oclusionem acro bellum in mari boreali, continuosque metus intuitu oræ Sootiæ & Hybernæ inevitabiliter consequuturos esse: hæc quoque ratio fuit, quod Anno 1743 legatus regis M. Britanniæ impedierit in Comitibus Regni Coronæ Daniæ principis electionem, in quam populus jam propendebat; et hic legatus moliminum suorum secundum successum debebat operæ Continentis cujusdam Status, qui hodie Angliæ inimicus est. Opinio est, quosvis Sveciæ patriotas hodie perniciosâ consecutaria perspecturos, quæ Angliæ molimina Anno 1743 pro securitate gloriæque Sveciæ habuere. In universo Septentrione hodie concursus viget nationalis sensus necessitatis: vires adversus quasvis ab Anglis promanantes ideas conjungendi, & vigilandi."

Hic eventus in Septentrione expectatur; cujus implementum sperare lubet. Verum & in Oriente memorabile phænomenon locum habuit: Russia Valachiam & Moldaviam Imperio suo univit; proin bello tria summi momenti regnæ adquisivit: Finniam, Moldaviam & Walachiam, præterea incrementum in Polonia per cessas ab Austria & Borussia ditiones. — Olim nec prosperrime gestum bellum id genus acquisitiones procu-

rando fuit, at bene Cæsareum Erfurti Colloquium. —

Jam politico Scrutatori ex Orione facies versus occidentem inter & boream sitam plagam vertenda, advertendumque est: ut seres in Anglia? — An pax? neutiquam! — neutiquam! — de pace maritima nullus adhuc sermo — nec quidem negotium permutationis bello captorum Galliam inter & Angliam secunda auspicia habuit, ut ex sequente patet.

Londono (16. Junii. ex Monit.) *Ephem.* the Sun de 11 h. demunt omnem spem solennis Tractatus in argumento permutationis bello captorum Galliam inter & Angliam videntis, quæ minuitur postulatis præcipue Galliae: ut omnes captivi novissimis adversus M. Britanniae foederatos, ut Russos, Svecos &c. bello per Gallos capti, ceu Anglicani habeantur, & ut tales permulentur, postulato huius in omni casu, M. Britannia intuitu Hispaniae, & Portugalliae deferre potest.

Affertum: Galliam Russos, Svecosque in Polonia captos quoque rationibus inducere voluisse, insulsa & calumniosa est. — Si pro basi adoptare Angli velint: permutationem ad captos belligerantibus turmis contentos Hispanos utpote & Portugillos extendi, tum negotium permutationis nullum obioem habet amplius, & 110,000 viri lares revertent. — Advertendum: his ultra 70000 Anglos, Hispanos, Portugillos contineri, quos Gallia remissura est. (Admot. Gall. offic. pag.)

Hodiernum Chronicon matut. rumorem ferriæque dicit: tractationem intuitu permittat. bello Captorum, exaggeratorum Gallie postulatorum causa abruptam esse. existimat ubiominus se ex litteris Parisiis de 5. h. m. rumori huic fidem omnem denegare posse.

(Scopus hujus argumenti est, fidem facere: protelationem tot familiis gravem Gallie tribuendam esse, omnemque in hac causa invidiam in postremam derivare, interea, quo D. Maxensie ex uno mense, responso ad suas litteras, & Mandato destituitur. — Culpa ex morositate contracta Angliam manet. (*Adnot. Gall. Off. pag.*)

In Ephem. Cursor appellatis legitur: Præcipuus scopus itineris Imperatoris ejusque adventus Antverpiam, Dunquarcam, Boloniam, portumque Gratiz fuit de numero nautarum gentior reddi, quos pro re nata ad unum locum cogere possit. Ex eo tempore decrevit 40 eorum millia ad Boloniam cogenda, & quo ocuis Clasticulam cum iis instruendam; erigendum quoque certum tormentariorum navigiorum numerum. Exercitus quoque ad Boloniam contrahetur, & de excensione in Angliam denuo agetur."

Parisiis (22. Junii.) Monitor hodiernus nuncium continet Gen. Suohet, Præfecti Cohortis 3 exercitus Hisp. de occupatione *Mequincenas* — die 8. hujus hostis transactionem obtulit. Gen. Dax insolentiam puniturus in Adjutorum suorum quendam expugnata Leida exercitum ad arcem expeditum, dedi-

tionem ad discretionem postulabat. Ipse cum binis Granatariorum Centuriis fortalitium ingressus, ex respectu Gubernatoris & strenuitatis a tormentario arcis milite exhibitæ prædianis liberum excessum largitus, in valato arma deposita, & captivi in Galliam abducentur. — Constant 1400 viris, inter quos erecta ante biennium per Anglicum Gen. Ducem Doyle venatoria legio, vestibus armisque ad morem Anglicanum, instructa. In arce deprehensa 45 tormenta, 400,000 Angl. impleturæ, 50000 libræ nitrati pulveris, copia ferri, victualia pro 2000 viris ad tres menses. — Non immerito Mequinesa Clavis Iberi audit. Hostis tormentarii intra 19 dies 10000 vicibus e tormentis jaculati sunt. —

(*Mequinesa*, urbs & firma arx in rupe in Catalonia limite Aragonico ad fl. Iberum ubi Segram recipit.)

Cambium uxorium.

Londini ante aliquot dies Carbonaria J. *Pitty* coram Lordio Præfæto Urbi adductus est; Politicæ Officialis D. *Cartwright* declaravit: *Pittium*, & quemdam *Adams* æque Carbonarium, in id convenisse, ut uxores invicem permutent. Verum animis expendentibus hanc permutationem non alia ratione validam esse, quam si eas pro more funæ collo adpenso vendiderint; utique uxorem

laqueo collo injecto ad forum Schmithildæ deferunt, plebe ad insolitum rei spectaculum undique concurrente. Ministri Politicæ sæpenumero eos decedere jussere, at Pittyus pertinaciter venditioni ineundæ immorari — Adams ex uxore 4 genuit liberos, quos secum ad forum detulit, indignationis pleni satellites Pittyum adprehendere, Adams vero profugit. —

Pittyus falsus: consensisse: ut uxor sua in manus erga litrum pintæ Cerevisiæ Adamsii, vicissim hujus in suas erga *soli* præstationem concedat, adjecit: cum prole careat, duas Adamsii cen accessorium & adimentum venditæ rei adoptandi sibi mentem esse. — Dominatio Sua, D. urbi Præfectus hunc Contractum reprobans, Pittyosajebat usque carceri immanendum esse, quo Fidejussorem super vitæ probitate suæ futuræ attulerit, quoniam fori tranquillitatem turbaverit. —

Politicae Episodæ.

Rumor fert: 4 viros Berolini bellorum 1806 & 1807 occasione, per administrationem frugum divites factos S. Petri ædem restauraturos — de hoc alii dubitant, opinanturque: adversariis *admodiatorum*, hujus rumoris præpagatione jocandi animum fuisse. —
